Augensegen 3 Bl 1

03

Neues Archiv d.Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde Bd.10 (1885)

S.189-191
(Reinhard Kade)

14. Jh.

Augensegen.

Mentem sanctam spontaneam, / honorem deo et patrie libera/cionem. Domine Iesu Christe, qui in cal/varie loco crucifixus pro tuis / inimicis crucifixoribus patrem / orasti dicens: 'pater ignosce illis/ quia nesciunt, quid faciunt'. / Tibi hodierno die et deinceps / commendo animam meam, sensum / meum, actum meum, negociorum / finem meum, exitum anime mee, qui / pendens in cruce dixisti committens spiritum tuum: 'pater in manus / tuas commendo spiritum meum'.

Beschwö + Adjuro te, macula, per deum altissimum, / per regem fortissimum, unum deum / vivum et verum, omnipotentem celi / et terre creatorem maris / et omnium, que in eis sunt, per patrem / et filium et spiritum sanctum + adjuro te, macula ut exeas et recedas ab oculis istis. amen. / +
Adiuro te, macula, per be/nedictiones patriarcharum, per suffragia prophetarum, per fidem confe/ssorum, per intercessionem sancte / Marie et omnium sanctorum te adjuro, / macula, ut exeas et recedas ab / oculis istis. amen.

xy Heiler Deus, qui / es vera salus et sapientia salutis / et medicina, qui sanasti oculos / ceci nati in natatoria Syloe, / sana et illumina oculos istos, ut / mereatur laudare nomen tuum / in secula seculorum . amen . Sana et / illumina oculos istos, domine, sicut / sanasti oculos Thobie et duorum / cecorum, qui in ewangelio nar/rantur, + expurga et expelle / vetustationes, quae nocent istis, amen, // ut appareat gloria tua et magnifi/cetur nomen tuum, deus, in secula seculorum. amen. ⊞

Unigenitus dei filius lutum fecit / ex sputo et linivit oculos ceci nati. / et abiit et lavit et vidit et credidit / deo: et ipse deus per suam magnam misericordiam + sanare et illuminare oculos / istos